



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o s[e]c[und]a

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

palam. Ille autem vos ad considerationem miraculorum mittebat dicens Opera que ego facio ipsa testimonium prohibent de me ut christo testimonium dicerent non verba sed facta. Vos autem non agnoscetes saluatores qui operabatur salutem in medio terre vestre adiacentes in malo iustis: Tu de tempore testimonium dicens: testimonium tuum non est verum. Tu. **2<sup>o</sup> c<sup>o</sup> sc<sup>o</sup>da**.  
**S**ed ad hec ille quid vobis respondit aduertere noluitis. Nonne scriptum est in lege vestra quod duorum hominum testimonium verum sit. Preuaricatores legis intendite leges testimonium queritis de christo. In lege vestra scriptum est quod duorum hominum testimonium verum sit. Procedant ex lege non tamen duo sed etiam plures testes christi et conuincant auditores legis nec factores. Dic esaias testimonium christo. Ecce inquit virgo in utero concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel quod est interpretatum nobiscum deus. Tu. **2<sup>o</sup> c<sup>o</sup> iij**.  
**A**ccedat et alius testis: dic tui hieremia testimonium christo. Hic est inquit deus noster: et non estimabitur alius absque illo qui inuenit omnem viam scientie et dedit eam iacob puero suo et israel dilecto sibi. Post hec in terris visus est et cum ho-

minibus conuersatus est. Ecce duo testes idonei ex lege vestra: ex quorum testimonio non sunt compuncta corda vestra. Sed alij atque alij ex lege christi testes introducant ut fratres durissime inimicorum conterantur. Veniat et ille Daniel sanctus iuuenis quidem etate: senior vero scientia ac mansuetudine conuincat omnes falsos testes. Sicut conuincit seniores impudicos ita suo testimonio christi conterat inimicos. Dic sancte Daniel: dic de christo quod nosti. Cum venerit inquit sanctus sanctorum cessabit vinctio vestra. Tu. **Ad laudes an.** Constantes estote: ut debitis auxilium domini super vos. **Psalmi feriales an.** Ad te domine leuaui animam veni et eripe me domine ad te conueni et fugi. **an.** Veni domine et non li tardare relaxa facinorosa plebs tue israel. **an.** Deus a libano veniet et splendor eius sicut lumen erit. **an.** Ego autem ad dominum aspiciam et expectabo deum saluatorem meum. **Capitulum dominicale. Super benedictus an.** Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco a geule dei. **Collea d<sup>o</sup> dna.** Post primus bñ. fuffra. de factis. **Ad vs cantus de vigilia vigilie. Sabbato si non fuerit vigilia domini legetur ut supra sabbato quattuor**